



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Theologiæ Pastoralis Et Doctrinæ Necessariæ
Sacerdotibvs Cvram Animarum administrantibus**

Binsfeld, Peter

Avgvstæ Trevivorvm, 1609

31. Cap. De Me[n]dacio, & promiſſis adimple[n]dis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40721

mosa in aliquem inuenta publicat; talia enim
quis simul ac reperit tenetur abscondere, au-
rumpere, iuxta l. i. Cod. de libellis famosis.

CAPVT XXXI.

DE MENDACIO.

INTER peccata verborum frequentissimum
est mendacium, ideo de eo nunc agendum;
nam de alijs scilicet, susurratione, murmu-
tione, maledictione, blasphemia, detractione,
& similibus actum est in secunda parte, quia
dicta relata sunt inter filias vitiorum capitu-
lium.

De mendacio legendi S. Thom. 2. 2. quæst.
110. Summisæ in verb. Mendacium. Navar.
in Manuali, cap. 18. num. 3. & in cap. Humane
aures. 22. quæst. 5.

*Mendaciū
quid sit.* Mendacium est falsa vocis significatio, cum
intentione fallendi.

Requiritur ergo ad rationem mendacij, ut
quis enunciet falsum cum intentione dicendi
falsum. Quod autem additur (cum intentione
fallendi) spectat ad perfectionem & maiorem
gravitatem mendacij. Nominatur mendacium
ex eo, quod contra mentem dicitur. Ex dictis
infertur eum, qui falsum dicit credens esse ve-
rum formaliter non mentiri, licet materiali-
ter falsum dicat.

Men-

Mendacium ex sua natura malum est: unde
pec lictum est mentiri, aut pro conseruatione
vitæ, aut pro salute hominum, aut quacunque
ex causa. Hinc ex Augustino in libr. contra
mendacium in 22. quæstion. 2. capit. Primum,
dicitur. Quisquis autem esse aliquod genus
mendacij, quod peccatum non sit putauerit,
decipiet seipsum turpiter, cum honestum se
deceptorem arbitretur aliorum.

Triplex est mendacium, Officium, Ioco-
sum, & Perniciosum. Officium, quod nem-
ni nocet, sed alicui prodest ad commodum. triplex Of-
ficiosum, locosum, quo tantum leuis delectatio quæri-
tur: ut quando quis colloquio miscet aliquod locosum,
verbum falso placendi studio; quod nulli & Perni-
obest. Hæc duo mendaciorum genera sunt
venialia, cauenda tamen: Nam scriptum est.
Noli velle mentiri omne mendacium.

Perniciosum est, quod alicui in spirituali-
bus, vel temporalibus detrimentum adferit,
de hoc intelligendum, Sapientiæ 1. Os quod
mentitur occidit animam, & Psalm. 5. Perdes
omnes qui loquuntur mendacium. Hoc mē-
dacium est mortale, quando notabile nocu-
mentum proximo infertur: aut intenditur.
Quare grauissimè peccant, qui mentiuntur in
rebus fidei, religionis, & moruri. S. Thomas
loc. cit. art. 4. Caietan. ibidem & Nauarr. in
Manuali cap. d. nu. 4. Hinc mortaliter agunt,
qui scienter & prudenter falso concionan-

Hh 5 tur;

tur: aut vitam alicuius sancti aliter quam
singunt, aut falsa miracula prædicant.

De promissis adimplendis.

AD mendacium spectat non adimplere
promissum; est enim dictum recte, quod
cet Deo infidelis & stulta promissio.

**Conditiones requiri-
fitæ ad ob-
ligationem
in promiss.**

Ad hoc autem, ut promissio obliget, aliq[ue]
conditiones requiruntur. **Prima**, ut promissio
sit de re licita cum intentione se obligandi.
Quare si quis facto animo promittat, auth-
oratum se aliquid illiciti promittat, nullan-
citur apud Deum obligatio. Eadem est ratio
de promissione rei impossibilis, quia ad im-
possibile nemo obligatur, iuxta regulam in-
ris in 6. capit. Nemo ad impossibile. **Seconda**
Condicio, ut sit voluntaria & deliberata: Vnde
promissio metu, & dolo extorta non obliga
in conscientia. **Quia** ille, quivim & meum
infert, non meretur, ut ei promissum ser-
tur, ut optimè S. Thom. 2.2. quæst. 89. artic.
ad 3. docet. **Deliberatio** etiam tanta sufficiat
promisso, quanta in voto. **Tertia**, debet esse
de re notabili: quia ut sæpè repetitum, pauci
tas materiæ in omni materia excusat. Quare
si quis alicui promittat salutare amicum, ne
mandata parui momenti exequi: aut simila
leuia præstare, si non impleat, non incurrit
mortalem culpam. **Quarta**, ut non superne-
nit mutatio status rerum, quæ non erat tem-
pore p[ro]p[ter]e in vx[er]e de for[est] alieni spoliis enim Regu omnino sio ob[ligatio] & no[trum] pericula Q[ui] legem dum tibus pit: 5 D 9. 10. **P**

pore promissi. Sic si promisi aliquam ducere
in vxorem, quæ habetur pro honesta, si dein-
de fornicata fuerit, non tencor: aut si promisi
alicui dare mutuo 100. florenos, quos habeo,
spolior à militibus, cessat obligatio: Promissio
enim sit, debitis sub intellectis conditionibus.
Regula ergo in hac materia esse potest. Quod
omnis vere, deliberata, & voluntaria promis-
sio obliget, quando est de re licita, possibili,
& notabili, nec eam mutatio rerum status su-
perueniens tollit.

Quomodo mendacium fugiendum sit, qui
legere voluerit, videat Guilhelum Peroal-
dum Episcopum Ludunen. Tomo 2. de virtu-
tibus & vitijs, in tractat. de peccato linguae. ca-
pit. 5.

CAPVT XXXII.

DE DVOBVS VLTIMIS

Præceptis Decalogi.

9. Non concupisces vxorem proximi tui.
10. Non concupisces rem proximi tui, non domum,
non agrum, non seruum, non ancillam, non
bouem, non asinum, non vniuersa, quæ illius
sunt.

DE his præceptis parum est dicendum,
cum corum cognitio aperta sit ex 6. & 7.

Du-